ASSERTUM.

MAXIMUS, INQUAM, ILLE VERITAtis, & Charitatis ergà Patriam amor, & ardor continuò nos impellit, ut has iteratas vindicias elucubremus, & in medium profferamus. Crimen, quippè, & majus erit pro veritate pugnam detrectare, & in ejus vindicatione scapula vertere. Indignum Hispanis sempèr judicem, ut illustres majorum suorum imagines memoria non repetant, ut eae indècoris, & infamiæ plenæ in sœculorum, & Nationum serie perlegantur. Nostra siquidem Natio, & nobilior, & illustrior est (dubio procul) cæteris aliis, non dicam solùm in scientiis, & in fortunæ gloriis, sed in Doctrina, & Jesu-Christi Religione. Si volumus, etiam velocitèr, in Historiæ Ecclesiæ Generalis fastis, & factis memoriam præterire ultimam, ùt certo certiùs inveniemus, quòd nulla alia tàm potens natio erit, quæ cum Hispania nostra in certamen, contentionem vè in fide descendere, aùt venire valeat. Ipsa, enim intèr cæteras proppè omnes benemeritæ

orto-

ortodoxæ fidei nomen sortita est, & ipsum conservabit incolume. (Inoffensis tamen Corona, & Primatu Sedis Romanæ) Nec in hoc firmando nugatores sumus jactantiæ, aut propriæ gloriæ, nèc præocupati erimus dum firmitèr affirmabimus, quòd hæc Hispania nostra in univera Jesu-Christi congregatione semper honoratur, & recognoscitur ut principalius Corporis Spiritualis membrum. Semen Evangelicum à tempore Apostolorum ad Nos usque non sine magna exterorum invidia ornatum aspicimus muneribus, & copiosissimis fructibus honoris, & honestatis. Adhuc in cunabulis Religio erat, & jamjàm charitas, & fervens nostri ardor argumentum, & quidèm ineluctabile, firmabat pro Apologia Christianæ fidei, illa tiranorum ferox ira, & examinis prostrata in conspectu constantiæ illormm jacet, & ludibrium efficitur. Tanta ergo, ac tàm nobilis est nostræ gentis Corona, si fasta consulimus Historiæ Hispaniæ, etiàm ab ejus primo Fundatore Tharsi: Et ut hoc agnoscant contrarii, ex nobilioribus Ecclesiasticæ Historiæ monumentis, has, qua poterimus virtute,

veri-

veritates elucubrabimus, ac deffendemus, cùm ex primis Propagatoribus, & fidei Catholicæ Fundatoribus, tùm ex ipsius in posterùm conservatoribus: Et ideò.

1. Princeps Apostolorum Jesu-Christi Evangelium in Hispania non annuntiavit.

2. Divus Paulus ad ipsam arripuit, & Verbum Dei prædicavit.

3. Ang. Noster Præcep. D. Thomas, Gelasius, & Innocentius I. in contraria sententia unquàm fuere.

4. Licèt argumentum onninò requisitum non sit, ut eruatur D. Pauli in Hispania prædicatio, quòd in ea Ecclesia construeret, nihilo tamèn seciùs affirmamus, quòd eas ædificavit.

5. Incertum, & dubitationi subjectum est, quà iter suum perfecerit: sed ut conformiùs reputamus, quòd non per Narbonam.

6. Tàm Sancti Apostoli adventus non destruit quòd D. Jacobus Major ad nostram Sanctificationem venisset.

7. Pro antiquitate, & senectute nostræ Fidei, adstruimus D. Jacobi in Nos visitationem, & Prædicationem.

Et en jàm in Fundatoribus antiquitas, & nobilitas: sed non minùs gloriosa erunt, quæ de Apostolorum Successoribus, quæ de Sanctis Episcopis in Historiæ serie adinveniuntur. Et ut unus pro mille sufficiat, defendimus.

8. Quòd Ossius Corduvensis Antistes à Constantino in Alexandriam missus fuit, ut dissidia illius Ecclesiæ componeret, ubi Concilium Alexandrinum II. congregavit. Jussu, aut præcepto cujus, incertum in Historia est; sed Nos ut verosimiliùs reputamus, quòd jussu Imperatoris, & de consensu Patriarchæ.

9. Ipsemèt Ossius Præses fuit in Nicaena Sinodo, nomine Silvestri.

10. Simùl Præsidis munus exercuit in Sardicensi Concilio. Quo nomine, penitùs ignoramus.

10. Pro innocèntia Ossii, & ejus Fidei puritàte, libentèr affirmamus, quòd non subscripsit secundæ formulæ sirmiensi, nisi fraude, dolovè.

12. Et ideò in Sanctitate, & vitæ perfectione obiit.

***   ***   ***

PROPUGNABUNTUR
IN HAC NOSTRA
SPIRITUS SANCTI
DOMO
A P. JOANNE BAPTISTA
DEL VILLAR
SUBSTITUTO LECTORIS
PHILOSOPHIÆ,
ET STUDENTIUM MAGISTRO
IN NOSTRO

D. THOMÆ

MALACITANO COLLEGIO
SUB PRÆSIDIO
P. JOSEPH AZNAR
in Sac. Theolog. Lect. & Secretarii Provincialis. Die 14. Mensis Septembris 1777.
Vesperé.

HISPALI:

Ex-Typog. Offic. D. Josephi de S. Romàn, & Codina, in vico de las Armas.